



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Capitvlo Fvndano.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

electo defectus valeat inveniri. Alioquin & factum electionis revocaremus in irritum, & personas eligentium puniremus.

*V N I V E R S I S C H R I S T I
fidelibus in Saxonia & Westfalia
constitutus.*

*Epiſt. 191.
Vt Livoniensē Episcopū, clerū, & Ecclesiā contra paganos defudant.*

Sicut ecclesiasticae laſionis censura compelli non patitur ad credendum invitatos, ſic ſponte creditibus apostolica ſedes, quae mater eft omnium generalis, munimen ſuę protectionis indulget, & fideles ad defenſionem eorum faſubribus monitis exhortatur; ne ſi nuper conversis negatum fuerit defenſionis auxilium, vel in primos revertantur errores, vel eos faltem pœnitentia credidifte. Accepimus enim quod cum bonae memoriae M. Epifcopus Livoniensis fuifet provinciam Livoniensem ingressus, in verbo Domini laxans prædicationis ſuę retia in capturam, inter populos barbaros, qui honorem Deo debitum animalibus brutis, arboribus frondofis, aquis limpidis, virentibus herbis, & spiritibus immundis impendunt, usque adeo Domino concedente profeſit, ut multos à ſuis erroribus revocatos ad agnitionem perduceret veritatis, & ſacri baptiſtatis unda renatos, doctrinis ſalutariibus informaret. Verum inimicus homo, qui tanquam leo rugiens circuit quærens quem devoret, invidens conuerſioni eorum pariter & ſaluti, perſecutionem paganorum circumadjectum in eos iniquis ſuggeſtionebus excitat, cupientium eos delere de terra, & de partibus illis Christiani nominis memoriam abolere. Ne igitur noſtræ negligentiæ valeat imputari ſi hi qui jam crediderunt, retro cogantur abire, nec praefumant aliqui fidem noſtram recipere, ſi illi qui jam receperunt, à paganorum incurſibus remanerent indefenſi, univerſitatem veſtram monemus & exhortamur attentiū, in remiſſionem vo- bis peccaminum injungentes, quatenus niſi pagani circa Livoniensem Ecclesiā conſtituti cum Christianis treugas inire voluerint, & initas obſervarint, ad defenſionem Christianorū qui ſunt in partibus illis potenter & viriliter in nomine Dei exercitum affurgatis. Nos autem omnibus de partibus veſtris qui ſanctorum limina viſitare voverunt, praefentium auctoritate concedimus ut in voti commutatione emiſſi, in defenſio-

nem Livoniensis Ecclesiæ ad partes illas pro reverentia nominis Christiani procedant. Omnes ſiquidem qui ad defendantiam Livoniensem Ecclesiā & Christians in illis partibus conſtitutos divino zelo succensi duxerint tranſeuadum, ſub beati Petri & noſtra protectione ſuſcipimus, & eis apostolici patrocinij beſſificium impertimur. Datum Laterani III. Nonas Octobris.

In eundem modum univerſis Chriſti fidelibus in Slavia conſtitutis. In eundem modum univerſis Chriſti fidelibus trans Albiam conſtitutis.

*CIVITATENSI EPISCOPO,
Baronibus, Militibus, & univerſo populo
in Comitatu Civitatensi conſtitutis.*

Cum defenſio veſtra pariter & tutela ſpecialiter ad nos, non ſolum ex iolicitudine pastoralis officij, verum etiam balij ratione pertineat, præter id etiam quod regnum Siciliae adiutor & proprietatem apostolicae ſedis dignoscitur pertinere, ne ab aliquo ſuſtinere poſſit moleſtiam vel gravamen, paterna duximus ſollicitudine providendum. Inde eft quod dilecto filio nobili viro R. Comiti Theatino, viro utique provido & prudenti, noſtris dedimus litteris in mandatis ut ipſe, qui vicinitate vobis ad defenſionem & tuitionem melius poſt intendere, vos protegat & defendat, nec permittat vobis gravamen aliquod irrogari. Quocirca univerſitati veſtræ per apostolica ſcripta mandamus & diſtriſte præcipimus quatenus eidem nomine regio tanquam procuratori noſtro à nobis ſuper hoc conſtituto de cetero intendentes, in omnibus neceſſitatibus veſtris ejus conſilium & auxilium requiratis. Datum Laterani VII. Idus Octobris.

CAPITVLO FVNDANO.

Callata olim electione Iohannis de Pastina, quem vobis elegerat in paltorem, tam propter electionis vitium, quam electi defectum, vobis dedimus in mandatis ut conveniretis in personam idoneam pariter & honestam. Sed vos in veſtra diutiū contumacia perſiſtentis, caſſatam electionem nitebamini de novo innovare. Nos autem, licet potuſſemus conſulere per nos ipsos Ecclesiæ tamdiu viduata pastore, adhuc ramen vos ad electionis concordiam curavimus

*Epiſt. 191.
Vt Thianio
Præfecto ole-
diant & obie-
quantur.*

*Epiſt. 191.
De electione
Epifcopi Fun-
dani.*

invitare. Tandem cùm nihil apud vos proficere videremus, vobis dedimus in mandatis ut infra certum terminum ad nostram præsentiam veniretis, Episcopum recepturi. Venerabili etiam fratri nostro Terracinensi Episcopo mandasse meminimus, ut nisi vos mandatum apostolicum impleretis, in vos tantū officij quām beneficij suspensionis sententiam promulgaret. Ceterū vos adhuc contra vetita venientes, dilectum filium P. Premicerium vestrum adhuc acolythum, cùm jam nullum vobis liceret eligere, in Episcopum elegistis. Quamvis autem personam ejusdem Premicerij ad majora etiam reputemus idoneam, utpote cuius scientiam & conversationem olim in scholis intelleximus pleniū per nos ipsos; quia tamen propter defectum ordinis & contra interdictum apostolicum est electus, electionem ipsius, velut contra sanctiones canonicas attentatam, de fratribus nostrorum consilio duximus irritandam. Quia igitur vos non ad recipiendum Episcopum juxta mandatum nostrum, sed ad representandam nobis electionem, quam feceratis, ad sedem apostolicam accessistis, & ex hoc non implēuisse mandatum nostrum sed illud probamini potius fuisse transgressi, dicto Terracinensi Episcopo dedimus in mandatis ut ita in vos secundū formam priorum litterarum procedat, sicut contra vos, si non accessistis ad Romanam Ecclesiam, fuerat processurus. Datum Laterani V. Idus Octobris.

Ita scriptum est super hoc.

ABBATI DE WALCHENRIETH.

Eps. 194.
Vt Gerlacus
monachus, qui
index sibi
præcudit, à ce-
lebratione Mi-
ssarum arca-
tur.

Accedens ad præsentiam nostram Gerlacus monachus tui monasterij, humili nobis insinuatione monstravit quod cùm Missarum officia celebraret, animi negligentia faciente, verba canonis frequenter inordinate protulit. propter quod ipsa verba, & quædam quæ Presbyter in ipso sacramento dominici corporis secundū ecclesiasticam constitutionem diligenti cura debet pergere, aliquoties iteravit, unde vehementi dolore commotus, sibi summitatem dīgiti sinistri manus, qui index dicitur, amputavit. Nos autem ei præcepimus ut à Missarum celebratione deinceps abstineat, concedentes eidem ut injunctam sibi pœnitentiam peragens, de indulgentia nostra possit in aliis officiis mi-

nistrare; ipsumque tibi duximus remittendum, per apostolica scripta mandantes quatenus cum fraterna studeas caritate tractare. Datum Laterani II. Idus Octobris.

E P I S C O P O , D E C A N O ,
& Capitulo Pittavien.

Si debita sollicitudine pensaretis quid honoris & reverentiae Romanae Ecclesiae debeat, cui si non obeditur, nulla vobis reverentia poterit exhiberi, & quomodo vos in vestris petitionibus cu-raverit exaudire, in exequendis illis quæ vobis injungit nequaquam vos exhibe-retis difficiles vel rebellés. Vnde cùm tempus advenerit opportunum, vestra duritia nos plenius informabit qualiter in postulationibus vestris communibus vel privatis debeat nos benignos vel propitious invenire. Veruntamen si vi-geret in vobis devotionis affectus & dis-cretionis acumen, possetis in pluribus cognovisse non esse utile vel fructuosum Ecclesiis, mandatis apostolicis temeritate qualibet reluctari. Vos autem, filij Canonici, nihil horum intelligentiae spiritu capientes, mandatum apostolicum, quod tam à felicis memoria C. Papa prædecessore nostro quām à nobis ipsis postmodum pro dilecto filio W. Came-rä nostraræ scriptore canonicando in ve-stra Ecclesia emanavit, contemptissimis haec tenus adimplere. Sanè cùm venerabilis frater noster Episcopus & dilectus filius Archidiaconus Engolismenses, si-cut ex litteris ipsorum acceperimus, eun-dem W. de mandato ejusdem prædeces-soris nostri Canonicum instituissent in Ecclesia Pittavieni, procuratori suo locum in choro ejus nomine assignantes, omnes contradictores eadem auctoritate nuntiarunt excommunicationis senten-tia detineri, nobis postmodum appro-bantibus quod factum fuerat ab eisdem. Cùmque bona memoria A. quondam Episcopus Pittavien, in nostra præsentia ipsum scriptorem in fratrem & Canonicum ejusdem Ecclesiae recepisset, eidem Episcopo viva voce, deinde verbō dilectis filiis Decano, Cantori, & I. Morel Ca-nonico Xanthonensis nostris litteris districte dedimus in mandatis ut eum ca-nonicam ipsam facerent plenè ac pacifi-cè possidere, contradictores & rebellés per distinctionem ecclesiasticam com-pescentes. Nos etiam irritantes si quid

Eps. 195.
Vt Vv. Came-
rä apostolice
scriptorem in
Canonicum re-
cipiant.

M m m iij